



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Quomodo fiat mortale in vestitu quod per se tale non est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

cedem operarijs denegant soluere: vel differe-
runt, aut ære alieno sic se obruunt, vt cum tem-
pore soluendo non sit futuri: In hoc etiam or-
dine ponendi sunt, qui vt se splendide vestiant,
detimentum proximo notabile inferunt: vel
ita se exhauiunt, vt filias cum ad ætatem nubi-
lem peruerent, in matrimonio collocare non
possint, qua ex re magna damna solent existere:
ad extremū cum prudenter colligi possit, quod
nō mediocria peccata similia ijs, quæ dicta sunt,
inde prodibunt, aut dubitatio verisimilis habe-
tur, quod accidere possent, qualia fere solent
sumptuosum & insolentem earum usum comi-
tari. In omnibus quæ diximus, iudicandum esse
peccatum mortale indulgere nimio vestitu.

Ceterum, cum fieri vix possit, vt qui supra
quam suæ copiæ fuerint, insumit, non animum
aduertat ad peccata consecutra; vel vt mini-
mum possit & debeat aduertere, potest in uni-
versum recte iudicari, eos omnes in peccato
mortali vitam agere, nisi ex diligentí pœnitentia
examinatione certa ratione contrarium exi-
stimetur.

*Quomodo fiat mortale in vestitu quod per se
tale non est.*

Neque solum mortaliter peccatur, cum fa-
ctæ expensæ in vestes, ordinem, & facultates do-
mesticas excedunt, verum etiam in modo pec-
catum committitur sese exornandi, quid enim
si ornatus ad lasciviam pertrahat? quod si per
se, vel certe ex communi hominum iudicio non
sollicitet ad peccatum, potest etiam fieri, vt per
se quidem eo non adducat, tamen occasiōem

ille

ille suspicetur ex eius generis ornamento, quod à sui ordinis hominibus communiter non gestatur, datum iri certæ personæ signum, ut illum in honesto amore prosequatur, vel ne sic accidat, probabiliter timet: denique cum in hoc peccato hæret, ita vitam instituit, ut nullam vel paruam salutis proximi habeat curam; adeo quidem, ut si quem ex sumptuosis, quibus incedit vestibus, per occasionem misere salutem perdere conspiciat, tamen eum non studeret deponere. Fit deinde non raro, ut cultus ipse prima fronte ad varias species amoris in honesti prodendas concinnè institutus sit, easque amorum affectiones varijs coloribus, dum se comit, & promit, vel alio quocunque modo perobscu-
rè declareret,

Iam verò non solum absoluere eos non pos-
sunt, qui peccato mortali valedicere constanter
non decernunt, sed nec illos etiam, qui quamuis
afferant peccatum se velle deferere, tamen una
dicunt, videri sibi non se commercium illius es-
se relikturos, nisi ea velint remedia apponere, si-
ne quibus Confessarius iudicat ad vomitum re-
dituros.

Quando absolutio differenda.

Est præterea consultum, absolutionem dif-
ferre, donec evidens appareat emendatio in ijs,
qui tametsi dicant, ac pollicentur, quod se exi-
ment peccato, tamen Confessario probabilem
faciunt metum, ne contrarium contingat. Ex
hoc esse solent plerique adolescentes, qui in o-
tio vitam agunt, qui luxui dediti, crapulam, &
amores in honestos sequuntur, qui libidini-